



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Exemplum laudationis mixtæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

**E**torem in tragicam quædam solitudinem inducit; ignoratione tristi suspensum, quoniam ea, quæ narrantur, sine eruptura: Mox per episodia personas inducit, qua prætentarum rerum quidam narrant, quod ante fuerat deliberatum: nouarum iacteria narrationum obscura quædam semina spargit, quæ suo tempore procedant in lucem.

Quinto demum, & septimo libro, post longissimam sustentationem, intelligeatiam eorum, quæ in primo libro scriperat, perficit: dum à septimo ad extrellum pergeat, omnia inter se quam apertissimè connexa, non secus ac ædificium varia contiguatione luculentè compactum ostendit.

Sextum à recentioribus nonnullis excogitatum video, qui laudationes suas, & res, quæ laudantur, sæpè in piramides, horros, fontes, coronas, & cætera id genus à æstibis efforment; quod si commode sit, speciem habet à genij: si contra, in cacozeliam, frigus, & incertias non raro incidit.

#### De laude persona, in specie.

##### CAPUT VII.

**Vide Cice de orat. sec. li. 2. nes. circumstantiæ.** **I**N laude personæ quinque sunt notanda, natura, fortuna, seu conditio, institutio, actionem.

**de orat. sec. li. 2. nes. circumstantiæ.** **N**atura comprehendit corpus, & animum.

**In animo virtutes, & scientiæ commenda-**

**dantur.**

In corpore laudantur pulchritudo, robur, agilitas, sanitas: Iungens enim bonum est mens sana in corpore sano; quanquam satis est (vt dixit Seneca) virtuti in lectulo locus. Veruntamen felix consetur à Thalete, τοῦ σώματος τε καὶ τηλείας.

Fortunas, opes, natalium splendorem, diuitias, honores, affines, amicos, clientelam continent, & cætera, quæ cum imperio coniuncta sunt, aut priuata.

Institutio fidem facit naturæ, eamque illustrat.

Actiones naturam hominis perficiunt, & institutionem.

Circumstantiæ rem ornant, & per totum laudationis corpus variè distribuuntur.

Vniuersitate autem laudationis necessitas, vigilans, & delectatio scopus esse deber.

Sed ut res fiat clarior, & plenior, prælibabo illustria quædam argumenta, & exempla, ad quorum imitationem, insignium virorum laudationes effigi possint.

#### Exemplum laudationis mixta.

**E**legans est laudis genus, & initis accom-  
modatissimum, cum multa simul mixta  
commendantur per antisagogen.

Tale est illud Plini in Traiano.

Eniuit aliquis in bello, sed obtutus in pa-  
cejatum toga, sed non arma honestarunt; Re-  
verentiam ille terrore, aliis amore huma-  
nitate captavit, ille quæstam domi gloriam plum.  
in publico, hic in publico domi partam perdi-  
dit. Postremo, nemo adhuc extitit, eniū vir-  
tutes nullo viatorum confilio laudarentur:

At Principi nostro quanta concordia,  
quantulque concentus omnium laudum, om-  
nisque gloria contigit, ut nihil severitati eius  
hilaritate, nihil grauitati simplicitate, nihil  
maiestati humanitate detrahatur. Iam simili-  
tas, iam proceritas corporis, iam honor capi-  
tis, & dignitasoris, ad hoc ataris indeflexa  
maturitas, nec sine quodam munere. Deinde  
festinatis senectutis insignibus, ad augendam  
maiestatem ornata cæstaries, nonne longe, la-  
teque principem ostentant?

Huc accedat laus Origenis eximia apud  
Vincenium Lirinensem. Si vita facit autho-  
ritatem, magna illi industria, magna pudicitia,  
patientia, tolerantia. Si genus vel eruditio,  
quid eo nobilissimi qui primum in ea domo na-  
tus est, quæ est illustrata marryris? Deinde  
pro Christo non solum patre, sed omni facultate  
præiatur, tantum inter sancta pauperatis  
profecit angustias, ut pro nomine Dominicæ  
confessionis sapius, ut ferunt, affligeretur.  
Neque vero hæc in illo sola erant, quæ eun-  
cta postea tentationi forent, sed tanta etiam  
vis ingenij, tam profundi, tam acris, tam ele-  
gantis, ut omnes penè multum longeque sa-  
perarit, tanta doctrinæ ac totius eruditio magnificientia, ut pauca forent diuinæ, penè  
fortasse nulla humanæ Philosophiae, quæ non  
penitus allequeretur. Cuius scientiæ cum  
Græca cederent, & Hebræa quoque elaborata  
sunt. Eloquentiam vero quid memorem? cuius  
fuit tam amena, tam lata, tam dulcis oratio,  
ut mihi ex ore ipsius non tam verba,  
quam mella quædam fluxisse videantur? Quæ  
non ille perlausu difficultia disputandi viribus  
climaxit, &c. Et paulò post. Iam vero quan-

ca apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit, quis exequi valeat? Quis non ad eum paulo religiosior ex ultimis mundi partibus aduolauit? Quis Christianorum nou penè ut Prophetam, quis Philosophorum non ut magistrum veneratus est? Quim autem non solum priuatae conditioni, sed ipsi quoque reverendus fuerit imperio, declarant historix, quæ cum a matre Alexandri Imperatoris accitum ferunt, cœlestis utique sapientiae merito, cuius & ille gratia & amore fragabat. Sed & eiusdem epistola testimoniū perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum principum Christianus fuit, Christiani magisterij authoritate cōscriptis. De cuius incredibili quadam scientia, si quis referentibus nobis Christianum non accepit testimonium, sâtem testificantibus Philosophis gentilem recipiat confessionem. Ait namque impius ille Porphyrius excutit se fama iphis Alexandriam fere puerum perrexisse, ibique vidisse iam senem, sed plane talem tantumque, qui arcem totius scientie concendisset.

## Laus generis seu nobilitatis.

Nobilitas quidam

Praeclarum omnino locum in personæ laudatione nobilitas occupat, quæ nihil est aliud, quam nascendi felicitas: Et hoc Dei quidem donum est non contemendum; nam si illustrium virorum reliquias, & simulachra colimus, quanto magis liberos viuos, & spirantes patrum imagines suspicere debeamus? Vbi parentum deest claritas, ad commune epiodium recurratur. Nam vix, tuncq; rara, vel genus portius silentio premi sollet.

In modo autem, & tractatione eius loci, primum laudandi parentes, deinde gratulandum illi, qui in se transfusam habeat cum maiori fortuna virtutem. Praeclarum est exemplum in Panegyrico Constantini Magni ab oratore quodam Belga, apud Treuiros re-citato.

**Constantini nobilitas.** A primo igitur incipiam originis tuae nomine, quod plerique adhuc fortalese nesciunt, sed quia te amant, plurimum sciant. Ab illo enim Diuo Claudio manet in te auita cognitio, qui Romæ imperij solutam, & perditam disciplinam primus reformatuimus, immanesque Gothorum copias Ponti fauibus, & Istri ore perforatas terra, marique delenit, ytinam diu-

turnior rectorum hominam, quam maturior Deorum comes extitisset: Ab illo generis auctore, in te omnis imperij fortuna descendit, deinde omnes inter participes maiestatis tuae, hoc habes, Constantine, præcipuum, quod Imperator es, tantaq; est nobilitas originis tuae, ut nihil tibi addiderit honoris imperium, nec possit fortunam tuum suo impudore, quod tuum est, omisso ambitu, & suffragatione. Non fortuita hominum conventio, non repentinus aliquis fauoris euentus te principem fecit, imperium nesciendo meruisti, quod quidem mihi Deorum immortalium donum, & primum videtur, & maximum, in lucem statim te felicem venire, & ea, quæ vix alij torius vita laboribus consequuntur, iam domi parta suscipere.

LAUS CORPORAIS,  
Pulchritudo.

Pulchritudo corporis nonnunquam fama lacrum est egregie mentis. Αριστότελος, Ηλίον δοῖς, Ηλίον ἢ οὐδέποτε τοις, vtait Diou, & secundum Syri mimos muta Pulchritudo commendatio. Maximus Tyrius pulchrum animalium in pulchro corpore, recte comparat cum amoenissime fluvio, quippe exquitas pratorum opes, & delicias fluit, ποραμβρού καλλονήν επιφέλειν, Φυλάξ αὐθού εμπειρούμενον σώματε ρεγλῶ.

Et porrò pulchritudo apta membrorum propotione, cum quadam coloris suavitate: In viris dignitas, in feminis venustas appellatur.

Et in heroibus quidem illis saepè laudatur proceritas corporis, maiestas capitis, oris dignitatis, ætatis maturitas, fulgor oculorum, veneranda pariter, & grata maiestas, quæ perstringat simul, & inuitet aspectus.

Notantur etiam expressæ notæ corporis, ut in Scelencidis, Anchora: in Augusto, stella Capricorni, in Spartano Thebanorum familia, λόγχη cuius mentitur Dio Pruf. orat. 4.

Constantini Magni speciem, sic eius Panegyristes expressit. Est istud exemplum graue, pulchritudo enim nimis caueat, cauendum est ab dñis quid inceptis eorum, qui in laude granis personæ, cauendum est ut B. Virginis, vernante stylī laetitia speciem aliquam Helenę efformare intituntur. Sic igitur ille.

Pulchrum quidem, Diu boni, & cœlesti miraculum Imperator adolescens, in quo illa, que iam summa est fortitudo, adhuc tamē